Scorpion. Matthiol.
Rosar. ana ℥ij.
Spir. Vini camphorat. ℥iß.
M. ad Vitr. & pro sedando Hepatis Dolore inungendum.

℞. *Ol. Vulpin.*
Verbasc.
Aneth.
Hyoscyam. expr. ana ℥iß.
Spirit. Baccar. Junip. ℥j.
Essent. Croc. ℥ß.
Ol. Camphor. ℈ß.
M. ad Vitr. Inungatur calidè.

§. 10. In usu verò remediorum *hepaticorum* accuratissimè est attendendum, ne dum Hepar curare studemus, Stomacho noxam inferamus, ejusque menstruum quacunque ratione alteremus, quod inprimis fiet, si diu satis in usu *martialium* remediorum persistamus. Quemadmodum enim hæc circumspectâ cum sedulitare usurpata etiam ipsum juvant Stomachum, nimiam menstrui aciditatem corrigendo, ita eadem diutius in usum tracta debitam volatilitatem auferunt, atque sic ejusdem naturalem activitatem summopere debilitant, Appetitum dejiciunt, quandoque & Nauseam movent. Quare eadem remedia sunt temperanda, neque ulterius in ipsorum usu pergendum, quamprimum observabimus, Stomachum inde debilitari. *Cautela observanda.*

CAPUT XXVII.

De Spleneticis Remediis.

§. 1.

Splenetica, à Splene sic dicta, *medicamenta* sunt, quæ vim Affectibus Lienis medendi impetrârunt. *Quid splenetica sint?*

Affectus autem Lienis varii ſunt, qui medelam poſtulant, licèt ipſe hujus partis uſus hucuſque nondum perfectè aut accuratè videatur eſſe perſpectus, in tot tantorumque Medicorum diſſenſu. Poſito autem, Viſcus hoc glanduloſum non niſi ſanguinis depurationi eſſe deſtinatum, & peculiarem quandam lympham ſegregare, conſequens eſt, ipſum laticem humoroſum in ſuâ craſi atque temperaturâ vitiari, quotieſcunque Lien ſuo hoc non defungitur officio. Cùm igitur in Splene ſtagnationes humorum, hincque Obſtructiones, Tumores & Scirrhi, æquè ac in Hepate aliisque Viſceribus, contingere ſoleant, ea dicentur *Lienoſa* aut *Splenetica* Remedia, quæ *partim* lympham craſſiorem, facilè in Lienis tubulis ſtagnantem, tenuiorem ac volatiliorem reddunt, ſicque Obſtructiones & Infarctus, ſi qui adſunt, particulis ſuis alcalino-ſalinis, terreis etiam ac ſulphureis plus minus volatilibus, ſolvunt & expediunt: *partim* limoſas ac tartareas Maſſæ ſanguineæ particulas, ad Scorbutum, Malum hypochondriacum, Arthritidem ac Nephritidem maximè diſponentes, particulis ſuis alcalinis enixis, aromaticis, abſtergentibus, abſorbentibus, invertentibus, ac diureticis, ſive abſorbent, ſive è corpore eliminant: *partim* tandem ſeri ſanguinei nimiam fluxilitatem aut volatilitatem acido-acrem, phlogoſes, dolores, aliaque ſymptomata ſcorbutica excitantem, moderatè reprimunt, atque acidulis ſuis auſteriuſculis, vel terreis etiam particulis ad naturalem craſin reducunt.

Splenetica primi generis.

§. 2. *Primi generis* ſunt *Hepatica aperientia* omnia, inprimis autem *Radices quinque aperientes, Filicis, Pimpinellæ, Scorzoneræ, Ebuli, Herbæ Fumariæ, Cuſcutæ, Cherefolii, Ceterach, Capillorum Veneris, Rorellæ, Trifolii fibrini, Naſturtii, Beccabungæ, Thlaſpios,*

ſpios, Chelidonii majoris ac minoris, Cochleariæ, Sedi minoris, Agrimoniæ, Flores Bellidis minoris, Borraginis, Bugloſſi, ſemina Thlaſpios, Cochleariæ, Naſturtii, Aquilegiæ, Fraxini, Strobyli Pini junioris, indeque parata *Eſſentia, Spiritus Salis Tartari volatilis,* ut & *Cochleariæ, Sal volatile oleoſum* qualecunque, *Elixir proprietatis ſine acido, Elixir proprietatis antiſcorbuticum martiale, Extractum ſplenis Bovis, Centaurii minoris, Trifolii fibrini, Tinctura Myrrhæ cum Spiritu Salis armon. parata, Tinctura Salis Tartari, Aqua deſtillata Fumariæ, Scolopendriæ, Borraginis, Bugloſſi, Chelidonii, Aqua aperitiva polychreſta Rolfincii, Oculi 69. ppti, Corallia, Conchæ, Mater perlarum, Lapis Lazuli, Diaphoreticum martiale, joviale, Crocus Martis aperitivus, Crocus Martis ſaccharinus, Pulvis Cachecticus Quercetani correctus, Vitriolum Martis, Tinctura Martis ſolaris, Eſſentia Martis vitriolata antiſcorbutica, Chalybs cum ſulph. ppt.*

§. 3. *Secundi generis* ſunt *Spiritus Salis,* ac inde parata *Tinctura aperitiva Mœbii, Eſſentia Ligni Aloës, Abſynthii, Tinctura Martis aperitiva, Tinctura Salis Tartari, Elixir Vitrioli Mynſ. Spir. Menthæ, Eſſentia carminativa, Zedoariæ aut Angelicæ.* Quibus adde antiſcorbutica jam ſuperius recenſita omnia, non ſecus ac *terrea alcalina.* *Secundi generis.*

§. 4. *Tertii generis* ſunt *Cremor & Cryſtalli Tartar. Pulvis hepaticus ruber Dreſdenſis, Clyſſus Antimon. Spiritus aperitivus Penoti, Mala citria, Syrupus Rubi idæi, Pomorum, Cydoniorum, de Agreſtâ, Acetos.* &c. *Radices Acetoſæ, Graminis, Caryophyllatæ, Herbæ Scolopendriæ, Lactucæ, Endiviæ, Cichorei, Taraxaci, Portulacæ, Hepaticæ nobilis, Tinctura antiphthiſica Garmanni, Tinctura Antimon. Corallorum,* & id genus. Formulæ Spleneticorum poterunt eſſe ſequentes: *Tertii generis.*

℞. *Rad.*

℞. *Rad. Rub. Tinct.*
Asparag.
Pimpinell. ana ℥iiß.
Cortic. Cappar. ℥ij.
Herb. Agrimon.
Capill. Veneris.
Cuscut. ana Mß.
Summit. Absynth.
Cent. min.
Flor. Bugloss.
Borrag. ana P. j.
Semin. Fraxin.
Dauc. ana ℥j.
Cortic. Winteran. ℈ij.
Incisa & contusa coque in s. q. Seri lactis vel Aq. fontanæ. Colaturæ ℔iiij. *adde*
Syrup. de Eupator. ℥iij.
D. ad Vitr. ac inde m. ac v. Cyathus plenus exhauriatur, ad Obstructiones Lienis solvendas.

Vel ℞. *Rad. Gramin.*
Filic.
Apii ana ℥ij.
Polypod.
Curcum. ana ℥j.
Cortic. Tamaric. ℈ij.
Herb. Asar.
Fumar.
Asplen. ana Mß.
Flor. Bellid. min.
Calendul. ana P. j.
Bacc. Junip.
Semin. Anis. ana ℥jß.
Inc. & cont. coq. in s. q. Vin. alb. & Aq. font. Colaturæ Mj. *adde*
Syr. de 5. Radic.

Capill.

Capill. Veneris. ana ℥ij.

M. ad Ampullam vitream, ac inde m. ac v. ℥vj. *pro dosi capiantur.*

Vel ℞. *Radic. Fœnicul.*
Petrosel.
Vincetox. ana ʒij.
Fol. Epithym.
Meliss.
Herb. rec. Nasturt.
Beccabung.
Cochlear.
Trifol. fibr. ana Mß.
Summit. Absynth.
Flor. Rosar. rubr. ana P. j.
Semin. Aquileg.
Fœnic.
Cinam. optim. ana ʒj.
Rhabarb. elect. ℥ß.
Salis Tamaric. ʒj.
Inc. & cont. affunde
Vin. alb. veter. Mj.
Aq. fontan. Mß.

De hoc Infuso m. ac v. haustus unciar. ℥vj. *vel* viij. *sumi potest.*

Vel ℞. *Mass. Pil. tart. Quercet.*
Gumm. ammon. Aceto solut. ana ʒj.
Ocul. 69. ppt.
Diaphor. martial. ana ℈ij.
Cinnab. Antimon. opt. ℈j.
Ol. destill. Mac. gtt. ij.

M. F. l. a. Pil. Num. cxxx. *de quibus m. ac v.* viij. *vel* x. *in Aquâ convenienti capiantur.* In Lienis, Hepatis, Pancreatis Obstructionibus, ut & in Cachexiâ quàm optimæ.

Vel

Vel ℞. *Extract. Trifol. fibr.*
Cent. min. ana ℈ij.
Diaphor. martial.
jovial. ana ʒß.
Cinnab. nativ. opt.
Matr. Perl. ppt.
Semin. Nasturt.
Cochlear. ana ℈j.
Ol. destill. Lavendul.
Ror. marin. ana gtt. ij.

M. F. l. a. Pil. num. cx. *de quibus* viij. *vel* x. *mane ac vesperi capiantur.* In Scorbuto, Scabie, & Passione hypochondriacâ non contemnendæ.

Vel ℞. *Pulv. cachect. Quercet.* ℥ß.
Matr. Perl. ppt.
Conchar. ppt. ana ʒj.
Bezoard. jovial. ʒß.
Ol. destill. Melijf.
Caryoph. arom. ana gtt. ij.
Sacch. cand. alb. q. f.

M. f. Pulv. subt. detur ad scat. de quo ʒß. *vel* ℈ij. *mane ac vesper. sumantur.*

Vel ℞. *Spec. diarrhod. Abb.*
lætific. Galen. ana ʒj.
Croc. Mart. aperitiv.
Corall. rubr. ppt. ana ʒß.
Cinnab. Antimon. opt. ℈ij.

M. f. Pulv. subt. cujus gr. xv. *vel* ℈j. *pro* ʒ *sumatur.*

℞. *Vitrioli Mart. opt.*
Ocul. 69. *ppt.*
Lapid. Lazul. ppt. ana ʒj.
Cinam. opt. ʒß.
Radic. Aron. ppt. ℈j.
Sacch. penid. ʒij.

M. f.

M. f. Pulv. subt. d. ad scat. Dosis ʒß. *in liquore convenienti.*

Vel ℞. *Salis essent. Card. ben.*
Acetosell.
Arcan. duplicat. Mynſ.
Corall. rubr. ppt.
Unicorn. fossil.
Ebor. sine igne ppt. ana ℈j.
M. f. Pulv. subt. cujus ℈j. *pro dosi exhibeatur.*

Vel ℞. *Ocul.* 69. *ppt.*
Antimon. diaphoret.
Bezoardic. jovial.
C. C. pph. ppt. ana ʒß.
Salis volat. Fulig. ℈j.
Cinnabaris nativ. ℈ß.
Sacch. opt. ʒiß.
M. F. Pulv. subt. in viij. *dos. æq. ad chart. de quibus m. ac v. una sumatur.*

Vel ℞. *Aqu. Fumar.*
Borrag.
Chelid. maj.
Nasturt. ana ℳß.
M. ad Ampullas vitreas, ac inde singulis noctibus horâ somni Cyathus plenus exhauriatur, ad Sanguinem scorbuticum & hypochondriacum diluendum, ac salia ejus ferocia demulcenda. Eadem etiam Mixtura poterit inservire pro vehiculo aliorum Remediorum.

Vel ℞. *Aqu. polychrest. Rolfinc.*
Flor. Acac.
Borrag. ana ℥j.
Cinam. buglossat. ℥ß.
Syr. byzantin. ʒvj.
Spiritus Cochlear. ℈ij.
Ol. destill. Caryoph. gutt. ij.

Conch.

Conch. ppt.
Ocul. 69. *ppt. ana* ℈j.
Sacch. rosat. tabul. ʒj.

M. ad Vitr. De quâ Mixturâ frequenter cochleare unum aut alterum in Anxietatibus hypochondriacis, aut Palpitatione Cordis sumatur.

Vel ℞. *Aqu. Meliss.*
Scolopendr. Nasturt. ana ℥iß.
Syr. de Pœon. ʒvj.
Spiritus Salis arm. fœniculat. ʒß.
Essent. Croc.
Pin. ana ℈ß.
Diaph. jovial.
Corall. rubr. ppt. ana ℈j.
Cinnab. nativ. opt. gr. xv.
Sacch. cand. alb. ʒiß.

M. ad Vitr. Detur per cochlearia.

℞. *Spiritus aperit. Penot.* ʒiß.
Clyss. Antimonii ʒß.

Misc. Dosis gtt. viij. *ad* x. *m. ac v.* In nimia seri sanguinei frigiditate.

Vel ℞. *Tinct. aperit. Mœb.*
Antimonii ana ʒiß.

M. ad Vitr. Dosis gtt. xv.

Vel ℞. *Tinct. Sal. Tart.*
Corall.
Mart. aperit. ana ʒj.

M. ad Vitr. Dosis xv. ad xxv. gtt.

Vel ℞. *Essent. Pini.*
Elix. propr. sine acid.
Tinct. Absynth.
Fumar. ana ℈ij.

M. ad Vitr. Dosis xv. ad xxv. gtt.

Vel ℞. *Ol. Cappar.*
Absynth.

Aneth.

Aneth. ana ʒiß.
destill. Anis.
Carv. ana gtt. vj.

M. ad Vitr. ac inde regio Lienis interdum calidè illinatur.

Vel ℞. *Ol. carminat.* ʒij.
Laur.
Scorp. Matth. ana ʒj.
Rosar. ʒiiß.

M. ad Vitr. Usus ut suprà.

Vel ℞. *Ol. Aneth.*
Chamom.
Lot. hortens. odor.
Lumbric. terr. ana ʒiß.
destill. Bacc. Junip. ℈j.

M. ad Vitr pro inungendo Hypochondrio sinistro.

Vel ℞. *Empl. de Cicutâ.*
Bacc. Laur. ana ℥j.
Ol. Laterum. ʒij.

M. F. Emplastr. Lienis regioni applicandum.

Vel ℞. *Herb. Erysim. rec.* Miij.
Bacc. Junip. Mß.
Incis. & contus. permisce
Farin. Secalin. q. s.
Albumin. Ovor. Num. ij. *vel plura.*

M. F. Cataplasma, quod calidè regioni Lienis tumidi & scirrhosi singulis noctibus applicetur, validissimè enim aperit & discutit.

CAPUT XXVIII.

De Remediis Nephriticis.

§. 1.

Nephritica Remedia dicuntur, quæ Affectibus Renum, Ureterum, ac Vesicæ mederi apta sunt. *Nephriticorum definitio.*